

CASAJUANA

OPUSCULO DE TERCERAS

DISQUISITIONES

SCHOLASTICO-

DOGOMATICAE

DE CREATURIS

4

PARS II

B839

C3

v. 4

pte. 2

008256



1080014412

EX LIBRIS

HEMETHERII VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis

HI

DISQUISITIONES
SCHOLASTICO-DOGMTICAE.

—
VOL. IV.—PARS II.



DISQUISITIONES
SCHOLASTICO-DOGMATICAE

QUAS EX MSS.

P. VALENTINI CASAJOANA S. J.

COLLEGIT ET ABSOLVIT

P. IGNATIUS SERRA EJUSDEM SOCIETATIS

IN COLLEGIO MAXIMO DERTUSANO.
THEOLOGIAE SCHOLASTICAE PROFESSOR.

VOL. IV.

DE CREATURIS IN ORDINE AD DEUM

PARS II.

DISQUISITIONES DUAE

V. (XX) DE VIRTUTIBUS INFUSIS. P. I. DE VIRTUTIBUS THEOLOGICIS.
P. II. DE VIRTUTIBUS MORALIBUS.—VI. (XXI) DE NOVISSIMIS.



~~~~~  
SUPERIORUM PERMISSU.  
~~~~~

Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria



BARCINONE.

APUD SUBIRANA FRATRES, EDITORES
IN VIA DICTA PUERTAFERRISA, 14.

1895.


45007

B839

C3

v. 4

pte. 2



FONDO EDITORIAL
VALVERDE Y TELLEZ

Typis Subirana fratrum.



COLEGIO MAXIMO DERTUSANO

APPROBATIO.

Ego Joannes Florit, Societatis Jesu presbyter, ex commissione A. I. D. Francisci de Pol, Vicarii Generalis Dioeceseos Barcinonensis, legi librum, cui titulus, *Disquisitiones Scholastico-Dogmaticae, quas ex M. S. S. P. Valentini Casajoana, S. J., collegit et absolvit P. Ignatius Serra ejusdem Societatis... Vol. IV. De creaturis in ordine ad Deum, Pars. II.* nihilque in eo quod catholicae fidei ac pietati absonum sit deprehendi; imo disquisitiones duae, quae de virtutibus infusis, in genere et in specie, sive Theologicis sive moralibus, necnon de novissimis agunt, ob rei pertractatae amplitudinem, doctrinae soliditatem, sententiarum gravitatem, caeterasque dotes non minus in hoc volumine quam in superioribus effulgentes, maximopere commendantur: ita ut non vulgarem, nec modicam, modico licet tomo, cognitionem sibi acquirere valeant, qui studio Theologiae scholastico-dogmaticae operam impendere debent, praesertim si otium non supersit ad evolvenda opera Divi Thomae, aliorumque scriptorum, qui ceu principes in Theologia non immerito reputantur; et quorum vestigia pressit vita functus P. Casajoana, ac sequitur ejusdem continuator, atque veluti medullam exhibet. Hoc volumine opus absolvitur, quo cursus Theologicus integer a candidatis perfici potest breviter, solide ac nervose, ut jure tamquam auctor in seminariis explicandus assumi liceat, nam inter varios Theologiae scriptores qui in scholis circumferuntur, hic, meo judicio, minime sedem mediocrem obtinet. Idcirco dignum existimo ut prelo excudatur.

In Collegio Maximo Dertusano Societatis Jesu, sexto Calendas Maji, anno Dni. MDCCCXCV.

Joannes Florit, S. J.

DECRETUM

Barcinone 30 Aprilis 1895. Imprimatur. — FRANCISCUS A. POL,
Vicarius Generalis.

FONDO EDITORIAL
VALVERDE Y TELLEZ

008356

†
IHS

AD LECTOREM.

Tandem aliquando, amice lector, opus, quod felici justorum morte praeventus, perficere non potuit desideratissimus magister meus R. P. V. Casajoana, tibi absolutum exhibeo. Opus, candide fateor, humeris meis impar, quod nisi majores, quibus gratum animum, obsequium et obedientiam debeo injunxissent, numquam suscepissem; clare enim perspectum habeo, me Professoris mei dicendi brevitatem, exponendi claritatem, resolvendi acumen non assequuturum, idque eo certius, quod ut erat ipse postremis suae vitae annis infirmae valetudinis, non potuit se ad opus inceptum complendum accingere et pauca reliquerit manuscripta. Quare ex brevibus ejus adnotationibus ad Wirceburgenses paucisque aliis et ex iis, quae ego in collegio nostro maximo Dertusano legebam vel de novo exaravi, opus ad finem perduxi. In eo perficiendo id conatus sum obtinere: primum quidem ut eadem scholastica methodo uterer; tum ut duces haberem et magistrum Angelicum doctorem aliosque scholasticos auctores, praesertim Eximium Suarium, qui Aquinatis mentem diligenter perscrutati sunt; atque ea causa fuit cur, cum nec melius a me dici posse nec clarius putarem, eorum saepe verba transcripserim; ad extremum ut, quantum liceret in opere compendiario, integram exhiberem theologiam dogmaticam, nam non sine dolore sapientium exulant hodie a compendiis theologiae dogmaticae tractatus morales, de quibus agit D. Thomas in 1.^a 2.^{ae} et 2.^a 2.^{ae}, quique quoad praecipuas saltem quaestiones non sunt minus necessarii nec minus utiles quam alii theologiae tractatus; inde evenit ut plures theologiae candidati cursum absolvant, quin moralium quaestionum solidam doctrinam et institutionem acquisiverint, sola perfunctoria et levi notitia, quae in theologia morali percurrendo casus traditur, instructi; quod quantum officiat ut de his rebus ordinate et sapienter in concionibus agatur, ut in tribunali poenitentiae prudenter judicetur, ut recte animae dirigantur per viam perfectionis, nemo, qui consideret ex illis tractatibus pendere veram intelligentiam et cognitionem universae asceseos, in dubium revocabit.

Ad hunc scopum persequendum poterunt disquisitiones scholastico-dogmaticae ita per quadriennium distribui:

Anno 1.^o mane per horam incipientes theologiae studium audient Vol. I. De fundamentalibus i. e. Prolegomena, de Religione revelata, de Ecclesia.

Annis 2.^o 3.^o et 4.^o, mane per horam audient Theologi 2.ⁱ 3.ⁱ et 4.ⁱ anni simul, alias disquisitiones, quas successive unus idemque professor poterit legere, hoc pacto: anno 2.^o ex Vol. III. Disquisitiones, de Sacramentis in genere, de Baptismo, Confirmatione et Eucharistia: anno 3.^o Ex prima parte. Vol. IV. Disquisitiones de Angelis, de primaevo statu hominis et lapsu, de hominis operatione et regulae praecipue secundum naturam (1): anno 4.^o ex secunda parte Vol. IV. De virtutibus theologis.

Annis 1.^o 2.^o 3.^o et 4.^o, vespere per horam omnes auditores theologiae simul, successive docebit alius professor, ann. 1.^o ex Vol. II. Disquisitiones de Deo O. M. et Incarnato: anno 2.^o ex Vol. III, de Poenitentia, Extrema-unctione et Matrimonio: anno 3.^o ex 1.^a Parte Vol. IV. De humana operatione per gratiam elevata (2): anno 4.^o ex 2.^a Parte Vol. IV. De virtutibus moralibus et de Novissimis.

Quod si tibi materia nimis multa videretur, poteris scholia caeteraque quae tibi minus necessaria videbuntur praetermittere (3).

Haec te esse admonitum volui; an votis tuis satisfecerim exitus dicet, qui si secundus fuerit, me ad opus, quod aliis distentus curis ultima manu perpolire non licuit, emendandum, eliminandum perficiendumque obligatum habebis. Vale.

Subscribebam in Collegio Stae. Mariae Verulensis pridie calendas Augusti die S. P. N. Ignatio sacra, anno a Christo reparatae salutis MDCCCXCIV.

IGNATIUS SERRA, S. J.

(1) Si aliquem offenderit inaequalis divisio materiae hujus et posterioris voluminis, notet posse disquisitionem III et part. 2. Disquis. V, partiri inter professorem primum et vespertinum ita ut hic ex Disq. III, incipiat legere a cap. II, nempe de *legibus, peccatis et gratia*, et ex P. 2. Disq. V, a cap. I, seu de *justitia, religione et novissimis*.—(2) Vide superiorem notam.—(3) Suppono quadriennium impendi studio Theologiae dogmaticae et suis fundamentalibus, ut permittit ratio seu «Plan de estudios para los Seminarios Conciliares; publicado por Real Cédula de 28 septiembre de 1852, en conformidad con el Sr. Nuncio Apostólico, etc.» Et certe si minus quadriennio impendatur studio Theologiae dogmaticae necessario aliqua ex ejus partibus praecipua omittenda erit, quo fiet, ut dum studium scientiarum profanarum, adnitentibus plerumque Religionis catholicae hostibus, magis floreat et crescat, solum studium Theologiae dogmaticae, cum *potens sit exhortari in doctrina sana et eos, qui contradicunt arguere*: (ad Tit. I, 9). marcescat et pereat.

INDEX GENERALIS

juxta Disquisitionum ordinem (1).

DISQUISITIO V.

De virtutibus infusis.

QUAESTIO PRAEIVIA.

DE VIRTUTIBUS INFUSIS IN GENERE.

	Pag.
Dico I. Virtutes theologicae primario et formaliter a moralibus distinguuntur per solum objectum formale.	4
Corollarium.	6
Dico II. Fides, Spes et Caritas sunt virtutes theologicae, praeter quas alia theologica non datur.	10
Dico III. Praeter virtutes theologicas dantur etiam virtutes morales per se infusae	13
Dico IV. In justificatione homini insunt omnes virtutes infusae	15
Dico V. Caritas et morales virtutes peccato mortali quocumque amittuntur; fides vero et spes non quocumque, sed solum mortali directe contrario.	17
Dico VI. Virtutes infusae augeantur et intenduntur cum gratia sanctificante	26
Scholion. Quibus operibus, quae et quando augeantur virtutes.	28
Dico VII. Nulla peccatorum venialium multitudine virtutes infusae proprie remittuntur seu diminuuntur.	29

PARS I.

De virtutibus theologis.

CAPUT I.

DE FIDE DIVINA.

Prooemium.	31
Articulus I.—De objecto materiali fidei divinae	33
Thesis I. Objectum materiale fidei non solum est Deus, sed	

(1) Adest ad calcem voluminis index alphabeticus.